

Francisci Montmorencii E Societate Iesv Cantica Et Idyllia Sacra

Montmorency, François de Antverpiae, 1638

Super flumina Babylonis. Psal. 136.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69423

TITVLVS

Psalmus Dauid, Ieremiæ.

Sion: Vper flumina Babylonis, illic sedimus & sleuimus: cum recordaremum Sion:

In salicibus in medio eius, suspendimus organa nostra.

and the manufacture of the control o

rembell colors with a majority

ARGVMENTVM.

Sedens in agro suburbano Babylonis in Euphratis ripà chorus captiuarum Sionidum, destet amissam libertatem hoc lugubri carmine. Ac primò per Strophen, conuertitur ad Patriam versus Orientem; deinde per Antistrophen contrario motu flectitur ad Chaldæos versus Occidentem. Postremò per Epodon sistit lamentum.

Strophe á.

Và Chaldea perambulat. Euphrates gelido rura fugax pede, Hic sedete, Sionides: Hac augete pijs flumina lacrymis Natalis memores soli. Absens Patria lacrymas Poscit, non cithara modos: Nam pensis ab herilibus Seruili veniens dextera pollice Horret tangere barbiton. Infelix melius lyra Posthac è salicum comis

Aut pendebis ab ilice: Cum ventis ibi tu carmina divides, Tua si loquaci Notus increpabit Fila susurro.

Anti-

fedi-

emw

limus

Quia

224 PARAPHRASIS

Quia illic interrogauerunt nos, qui apptiuos duxerunt nos, verba cantionum:

Et qui abduxerunt nos: Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

Children vertus Occidentem. Pofities

Strophe d.

Reedon fiftir lamentum.

Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?

to take we walk

* Formula iurandi, familiaris Si oblitus fuero tui Ierusalem, * obliuio-Hebraus. sic 3 I. cap. ni detur dextera mea. lib. Iob: Humerus meus à iunctura fua cadat, & brachiū Adhæreat lingua mea faucibus meis, meum cum fuis offibus confringa- non meminero tui: tur.

Antistrophe.

Quid frustrà, Babylonij, Latos à miseris exigitis modos? Vestro nonne satis suit Submisisse nurus Hebraidas ingo? Victis parcite, parcite Sauo dicere cum ioco; Lyras eia resumite Puella Solymitides, Et nobis aliquid de popularibus Hymnis admodulamini, Quale sapius audijt Ædes dum Salomonia Luxu regisico stetit. Illudat Solymis siccine canticis Babylon profana, Vetitosque discat Numinis hymnos?

Epodus.

O augusta Dei domus!
O regina Sion, ô caput vrbium!
Nostris vllane deleat.
Vmquam vos animis dies?
Hac quam subrigo dextera
Arescat priùs, excidat.
Menti Patria quam mea.
Vox hac faucibus hareat,

Lingua

1 (2.

anta-

omin

bliuio-

eis,

226 PARAPHRASIS

Si non proposuero Ierusalem, in principio lætitiæ meæ.

Memor esto Domine filiorum Edom, in die Ierusalem:

Qui dicunt: Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea.

Filia Babylonis misera: beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.

Beatus,

PSALMI CXXXVI. 227

Lingue deficiant verba volubili, Nisi prima semper Mihi sit vidende Cura Sionis.

nci-

n, in

vfque

retri-

retri-

eatus,


Strophe &'.

Orbis o Deus arbiter, Armorum dubiam qui regis aleam! Siguid respicis exules, Impunita tuam ne precor impia Idume fugiat manum. Qua furens odijs, Nihil, Clamabat, nihil efficis, Ni Chaldea Sionia Arcis relliquias funditus eruis: Res semper Solyme nouas Tentabit. Segetes ibi Fac crescant, vbi marmore Surgebant Pario domus: Insultent temere fac ouium greges Dauidis sepulchro, Catulosque dama Celet inultus.

Antistrophe.

Tu sorti Babylon quoque
Debes ludibrium. Tempus adest, graues
Quo pœnas Solymæ dabis.
Missos nonne vides Perside milites
P 2
Murum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN



Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.

PSAL-

Quem vinxisse bitumine
Fertur prisca Semiramis?
Hen quid mentis erit tibi
Dum portas aries conteret hosticus?
Pubis robora dum tuæ
Medus sternet acinaces,
Nec tardi ingulo senis
Parcet vulnisicus chalybs?
Dines purpurei regia dum Nini
Ruet; & tot annis
Cumulata gaza
Sidet in ignes?

Epodus, Smartsuras

Matronas eadem manet

Que fortuna viros: Victor enim trahet

Seruas trans mare Caspium;

Coget linquere pensiles

Hortos, linquere pignora,

Que parentis ab vbere

Dimouebit, inhospitis

Allidens ea cautibus.

Felix! progeniem qui Babylonicam,

Vitiosiorem

Proauis, in ipso

Opprimet ortu.

P 3 ARGV-

rulos